

406

404

410

Domino Jesu. Nam juxta visionem Danielis II. veniet Anti-
christus usque ad verticem montis Oliveti, quem propheta
nominat montem inclitum et sanctum. Et solium suum ponet
in loco, de quo Christus ascendit, et finget, se etiam ascen-
surum in coelum. Et hunc Dominus Jesus interficiet cum
spiritu oris sui dans horribilem vocem, ad quem clamorem
Michael consurget contra Antichristum, et ab eo fulminabitur
et in profundum abyssi magnae demergetur.

400

415

395

455

IV. Est locns iste terribilis, propter tribunal et sedem
extremi judicii. Ponet enim Dominus Jesus sedem judicii
(150 A) sui in eo loco, unde angeli Actor. I. dixerunt:
quemadmodum vidistis ascendentem in coelum, ita veniet
cum potestate magna, judicaturus vivos et mortuos.

355

V. Locus ille est horribilis propter peccatorum in infer-
num demersionem. Stabunt enim damndi peccatores in valle
Josaphat, qui vallis, ut supra fol. 142 A. dixi, cohaeret valli
maledictae Ennon vel Gehennon, quae se consequenter per
horribilia deserta loca extendit usque in mare diabolicum, quod
alias dicitur mare mortuum. Quam statim autem ut judicis
haec horribilis vox insonuerit: discedite a me, maledicti, in
ignem aeternum, Matth. XXV., erumpet a parte aquilonari
vallis igneus torrens, rapidissimus, involvens omnes impios,
et vehementer deducet eos de valle Josaphat in horribilem
vallem Toph, Tophet et Hennon. Et de hoc vide notabilem
textum Esaiæ 30. Et consequenter per torrentem illius vastae
vallis deducentur usque ad mare mortuum, quod etiam dicitur
mare diabolicum; cuius faucibus igneus fluvius ille excipitur,
et mox, ut ei inciderit, totum mare ab eo incendetur, et sub
mari aperiet infernus os suum, sine termino, et omnia deglu-
tiet. Est enim de facto et realiter loci dispositio talis: mons
Oliveti est ad orientem longus, extendens se ab aquilone in
austrum, cui in eodem latere adhaeret mons offensionis per
longum spatium se extendens. Ad occidentem vero est mons
civitatis sanctae, et mons Syon ei adhaeret, post quem est
mons Gyon ex opposito montis Oliveti et offensionis, et inter-
medium spatium dicitur vallis Josaphat, cuius fundus est
torrentis Cedron. Vallis autem Josaphat et torris Cedron inci-
piunt in loco lapidationis S. Stephani, et finiuntur ad radices

305

Ende

Anfang

